



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Dialecticæ

Dieterich, Conrad

Giessæ Hessorum, 1611

IX. Situs

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56580](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56580)

Quando est notatio Temporis.

[Huc ergò pertinent (*non tempus sed*) 1. nomina & adverbia tempus significantia, *hodie, heri, nunc, cras, nuper, aliquando, olim.* 2. partes anni; *ver, æstas, autumnus, hyems.* 3. partes mensium; *Calendæ, Idus, Nonæ.* 4. partes diei; *manè, meridies, vesper.* 5. partes sive vigiliae noctis quatuor. 6. Decem hominum ætates, *Infantia, pueritia, adolescentia, iuventus, &c.*

IIX UBI πξ.

Prædicamentum Ubi, est dispositio eorum, quæ circumstantiam loci denotant.

Ubi est notatio Loci.

Huc ergò pertinent (*non Locus, sed*) omnia illa quæ significant alicubi esse, fuisse, aut futurum esse, ut. 1. *Domus, foris, ruri, infra, supra, extra, intra. Wittebergæ, Gießæ, Francofurtum, Academia, Europa, Germania, &c.* horumq; concreta. *Germanus, Europæus, &c.* Esse sunt hi CANONES.

I. Ubi non habet contrarietatem.

II. Ubi non suscipit magis & minus: ut *esse in Templo non est magis ubi, quam esse domus, in museo, in lecto.*

IX. SITUS κείδαι.

Prædicamentum Situs, est dispositio eorum, quæ corporis & partium eius positum denotant.

Situs est circumstantia positus corporum, ut *stare, accumbere, iacere, supinum esse, pronum esse.*

Huc ergo referenda omnia nomina & verba situm
ant

propositus tales significantia. *Ejus sunt hi CANONES.*

- I. Situs non recipit contrarietatem.
- II. Situs non suscipit magis ac minus.

X. HABITUS *EXIV.*

Prædicamentum Habitus, est dispositio eorum, quæ adhærens aliquod externum denotant.

Habitus est notatio vestitus.

Vestium ac aliorum tegumentorum nomina, *tunica, thorax, diadema, galea, calceus, &c.* in abstracto considerata pertinent ad qualitatis speciem quartam. Hic enim loci sunt tantum concreta, *ut esse tunica, dypeatum, diadematum, calceatum, purpuratum, ocreatum, galeatum, pileatum, pallatum, &c.* *Ejus sunt hi CANONES.*

- I. Habitus suscipit magis ac minus.

Qui habet plures vestes & arma, dicitur magis vestitus, magis armatus, &c.

- II. Habitus suscipit contrarietatem.

Potest aliquis esse loricatorus, & tamen esse vestitus panno.

Hæc de Prædicamentis ipsis. Supersunt

POSTPRÆDICAMENTA.

Postprædicamenta sunt vocabulorum aliquot ambiguum distinctiones, quorum in Prædicamentis facta est mentio.

Sunt autem quinque. 1. Opposita. 2. Prius. 3. Simul. 4. Motus. 5. Habere.

- I. Opposita dicuntur modis quatuor. I. Adver-